

## Werk

**Titel:** Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

**Jahr:** 1646

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN367611805

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

**LOG Id:** LOG\_0184

**LOG Titel:** De Picis in Genere. Cap. XI.

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN367611716

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

## DE MONEDVLA ALTERA.

## Cap. X.



Tſi vna duntaxat ab omnibus Monedula depiſa ſit, ea tamen auis, cuius modo iconem dedimus, Monedulaꝝ procul omni dubio genus eſt, & in eo tantum ab illa discrepans quòd collum habeat albo torqꝝ circumdatum. Hoc fortè illud fuerit genus, quod Heſychio, & Varino *ερασιος* appellari antè dixi, quaſi coronatum, vel ſaltem idem fuerit, cum eo genere, quòd in Heiuetia circa Tugium albo circulo collum ambiente diſtingtum, cætera alteri ſimillimum, ex aliorum relatu Ornithologus reperiri prodidit.

Stephania  
Monedula.

## DE PICIS IN GENERE. Cap. XI.



Picas Graculis merito iure annectendas exiſtimauit, cum quod eiufdem ſermè cum illis magnitudinis ſint, tum quia eorum more, necnon, & Coracum inſtar aſſidua pariter garrulitate præteritum aures offendant. Accedit alia, eaqꝝ, potior ratio, quæ me magis mouet, roſtrum nempe ſimilitudo, quæ ſanè Picas è Coruino genere eſſe manifeſtò indicat. Etſi verò Pici roſtra etiam robuſtiſſima habeant, & in eo Picas hiſce præferendi videantur, quibus ſcilicet duriores quoſuis arborum cortices perforant; Picæ tamen, quoniam corporis molæ, vnum Picum maximum ſi excipias, Picos ſuperent, eo iure ſaltè præmium locum merebant.

Ordinis ratio.

Pica ſunt è  
Coruino genere.

a. L. 3. c. vlt.  
Ciffa Inſula  
b in Theſſ.  
Grog.

Ciffa Piſcis  
c. l. i. Hiſt.  
Angl.  
Pica perpe-  
ram Picu-  
nus diſta.

Zirrov.  
Gazamarã  
na.

Gazã Sper-  
ueria.

Regeſtola.  
Paſſera Ga-  
zera.

Matagaſſe.  
Agafſe.

Pic Gray-  
che.

Pic Ancro-  
nelle.

Pica Griſ.  
Pica Maria-  
na.

Picarius pi-  
cus.  
d. L. 3. Adu.  
c. 10.

Sphinges  
Pica diſta.

Picæ.  
Picare qd.

e7. Eli. c. 4.  
Pica morb⁹

unde diſtus  
ſ. Lib. 33.

g. Li. 8. Lec-  
Ant. c. 1.

ſtas h. L. 2. Diſp.

## Æ Q V I V O C A.

**K** *Iſſa* in primis Ptolomæo ſtuitur eſſe Ponti Cappadodici. a Plinius Ciffam inſulam eſſe ſcribit iuxta Iſtrum agrum: Meminit, & Ciffenſis Hiſtriæ, vt notat b Ortelius Ciffa denique eidem vrbs eſt flumini *Aegos* oppoſita, in Thraciæ Chersonoſo, vbi & Scylla, Sica, & Syca inconfanter legitur. *Κισσα* Heſychio etiã picis eſt, qui nunquid idem fuerit cum eo, quem c Polydorus Vergilius *Πικο* Italici dici ait, Lucij nempe quoddam genus, alijs dijudicandum relinquo, ego in Italia eius nominis picem nullum agnoſco. Nonius Picam picumnum dici tradit, eſſe que auem Marti dicaram, ſed quotquot extant authores picum Marti ſacrum ſcribunt, auem nempe à Pica longè diuerſam, & fortè impreſſorum lapſus fuerit. Facile enim pro picus pica facere potuerunt. *Zirrov* aliqui Noctuam, alij Picam alij Accipitrem interpretantur. Itali quidam auem, quam Ornithologus Lanium vocat, Gazam marinam ſeu picam marinam dicunt, quòd colorum varietate, & caudæ longitudine picam ferè referat: alij Gazam Sperueriam appellant, quia prædandi natura Accipitrem minore referat; alij Regeſtolam, quod nomen fortè diminutiuum à Regazza fuerit; alij paſſera Gazera; quaſi paſſerem picarium: Sabaudi Matagaſſe. Agafſe autem eiſdem pica eſt; alij pic Grayche ſeu picam Græcam: Galli quidem Pic Ancrouelle, quia vnguium hamis arborum truncis paſſim adhæreat, Bellonius in Paleſtina aues ſimiles illis, quas Picas grifeas, ſeu cinereas (Pics grieſches) nominamus, vidiffe, & aliam Picam Gallicè vulgò ſimiliter marinam dici referat, à colorum vt autumat, diuerſitate, roſtro quatuor digitos longo, Gallinaginis more quare Gallinaginem (Beccaſam marinam) aliqui nominant: ego verò Picam marinam longè aliam, inter picas tamè deſcripſurus ſum. Noſtrates quoddam pici genus Picarium cognominant, quòd albo, nigroqꝝ colore inſtar Picæ ſermè diſtingtum ſit. a Hadrianus Turnebus Sphinges Feſto Picas dici notat, quia Sphinx Aeoicè *πιζ* vocetur, & hinc etiam apud eundem Picatos appellari, quanquã & picæ ſe picatos propagare poſſunt. Picare dicuntur mulieres grauidæ, cum, vt teſtatur c Ariſtoteles, varia appetere ſolent: iſqꝝ appetitus Larinis pica, Græcis *κισσα*, ſeu *κισσα* nūcupatur. Quæ Picarū verò deprauatæ huic appetentiæ nomē fecerit, haud ita liquidò cõſtat. Ego verò eam eſſe reor, quæ à Plinio longa inſignis cauda deſcribitur, & varia ſiue nõ ſibi conuolunt appella- tur, hoc eſt, quæ alias plumas, & pennas candido alias nigro colore offendit. Nulla enim alia in Picarū genere longiore cauda eſt. Neqꝝ, fortafſe huius opinionis incertus aſſertor fuero, cum & Græcos *κισσανδια τοποιικλον τιζων* dici videam. Eiufmodi verò affectum malaciam prægnantiu ſ Plinio dici g Cælius aſſerit. Eſt autem mollities quædam, & deſectio, quum languentes mulieres modo hoc, modo illud appetunt, ad eò vt terram quandoqꝝ nonnullæ, & carbones extin- ctos, cimoliamque teſte Paulo auidiſſimè deuorent. Hinc *κισσας* Gethyllidas interpretantur, quas ( Gethyum autem portum capitatum quibuſdam ſignificat ) b Athenæus Latonæ ſa-

cras scribit, quoniam pragnans id genus cibi appetisset. Nasci solet iste affectus mense à con-

Picatio.

ceptu plerumq. tertio, cum fetus delata in uterum ob insitam imbecillitatem id alimentu tra-

In Pace.

ducere nequit, vnde facta ad ventriculum multorum redundantia, absurdorum appetentia se-

In Resp.

quitur. Galenus eandem affectionem *κίττησις*, id est, Picationem vocat, mulieribusq. a cedere

L. 16. c. 10.

afferit secundo, & tertio à conceptione mense, quia appetentia organum (id verò os ventricu-  
li est) læsum sit, infans non suppetente robore ab alimentis consumptionem, Grapaldus à Pica  
denominari aff. etum voluit, quòd hæc avis varia appetere solet, nam & *crustas*, inquit *vis e-*  
*gerat lacem, ex fluminibus in escam nonnul. & petunt.* Mihi Pauli opinio magis placet, qui Picam  
ipsam hoc affectu frequentius torqueri, ideoq. illi nomen fecisse scripsit. Ab eiusmodi passione  
seu potius, vt Gaza vult, ab hac aue *κίττην* proverbialiter dicimus de ijs, qui varia appetunt,  
Sic apud Aristophanem *ο κίττηντες*, dicuntur *της ερημης*, hoc est, *avide uti querantes pacem.* Quo  
loco Scholiastes, & ex eo Suidas *κίττην* de Pica, aue vorace, omnivora, & curiosè omnia degu-  
stante. & de mulieribus pragnantibus ciborum absurdorum appetentia laborantibus, nec non  
& de alijs hominibus auidè aliquid desiderantibus vsurpari assueverant. It. vbi istæc & eius-  
dem Comici verba interpretatur Scholiastes *Ουτο κίττηδιωτων σαϊιδων μετὰ χειρίης περιελθὼν*  
*κίττην*, inquit *εσσι θυμω γλίσχουσι, ἀπαιτων ἀρτιων κίττησων γυναικων, κλ επιθυμωσαν τωνων.* Solet  
enim Pica, vt suo loco dicturi sumus, varios arborum fructus appetere & mox, quos gustarit, fa-  
stidire, & alios subinde querere. Plura de hoc symptomate legere est apud Actium, vbi admo-  
net quosdam ab hederæ similitudine quam *κισσον*, seu *κίττων* Græci vocant, id nomen sortitum  
sensisse, quòd scilicet vt illa diuersis plantis, quæcumq. occurrerint, vario modo implicari solet,  
ita mulieres pica laborantes diuersissima edula appetant maximè verò opposita, quæ tum vo-  
luptatem, tum tristitiam gustantibus afferunt. Quæ sanè etymologia ingeniosa quidem est, ve-  
rùm nunquid vera, alijs dijudicandum propono, ego potius Paulo cæterisq. Græcis, Latinisq.  
qui Picam eundem affectu traduxerunt, subscripserim, suum interim cuiq. iudicium relinquens.

m L. 25. c. 6

Malactia  
gravidarum.

Cæterum in huiusce vocis derivatione illud doctissimus Ioannes Gorreus admonet, quod quæ-  
dam *κίττη* Picam aue significet, non tamen de affectione ista loquens quis picam rectè verte-

Pica pro ha-  
sta.

re possit, nisi quadam Græcorum imitatione, idq. sine idoneo authore, cum nemo vnquam Lati-  
nè picam pro eo affectu dixerit. m Plinius certe non Picam, sed gravidarum malactiam dixit.

Argo navis  
Pica d. Ela.  
n In Pana-  
giri.

Quidam verò non picam, sed picationem interpretantur. Hæc ille: sed quam benè inde conclu-  
dat *κίττην* non rectè Picam interpretari posse, quia scilicet Plinius id non fecerit, prorsus non  
video. Cur enim si Græcis is affectus ab aue, vt ipsemet admittit, *κίττη* dicitur, Latinis eadem  
licentia non detur Picam vocandè? sed tempestiuum est reliquas æquiuocationes profsequi. Pi-  
ca Belgis, & nobis Italis etiam hastam significat, quam vocem non à Pica aue cui rostrum obtu-  
sum est sed à Pico detortam crediderim, cui rostrum ad perforandas arbores loco terebra-  
tum est. Lycophron Argo nauem Picam garulam dixit, quòd ex querqu, quam per se vocalè vete-  
res credebant, fabricata esset, vnde fortè n Claudianus cecinit.

— Licet omnia vates,  
In manus celebranda ferant, ipsamq. secundis  
Argois arabibus iactans sudaſſe Minervam;  
Nec nemoris tantum vinxisse carentia sensu  
Robora, sed caso Tomari Iouis augure loco  
Arbore præsaga tabulas animasse loquaces.

S Y N O N I M A.

Zarzir.

Raham.  
Rahamah.

Q uod ad Hæbraicam nomenclaturam attinet, ea profectò ad eòd confusa est, vt penè  
nulla sit, quæ non cum alia quapiam aue, vel quadrupede, vel alia re naturali confun-  
datur, ita vt quæ adducturi sumus Synonima, inter æquiuoca potius, quàm hoc loco  
reijci debeant. Pro Zarzir, quæ vox aue aliquam significare certò volunt, alij Picam, alij  
Sturnum vertunt. Pro Raham, vel Rhahamach, quam aue Hebræi ita dictam inuunt,  
quòd in foetus suos benigna sit, translatio vulgaris Porphirionem vertit, alij, quos Hebræi  
nostrates sequuntur, Picam, septuaginta interpretes Vpupam. Ego nullam planè earum aui-  
um ita dici Hebræis crediderim, sed Ossifragam potius, aut Vulturem, quarum pietas erga  
suos ab omnibus celebrata est. a Aiah quibusdam Pica, D. Hieronymo Vultur appellatur.  
Agur vario modo exponitur, nunc pro Hirundine, nunc pro Pica, pro Grue, pro Ciconia,  
nec non etiam pro Passere. Barbarus quidam Auicennæ interpres pro *κίττη* habet Cach-

L. 11.  
Aiah.  
Agur.

10 obscuro quidam Kiches, & Albertus Aschytahez, qui videtur numerus pluralis à singulari Afchyta, à Græcorum videlicet *κίττα*, ut prima litera abundet, vel articuli loco sit: Pica enim Aeticeis *κίττα*, communiter *κίτσα* appellatur, quibusdam *Σίττα κίτσα, πίκιλις*, sed ultimum illud nomen Picæ variæ proprium videtur: Laconibus *κίτσα* ut Helychius, & Varinus scribunt, quibus *βιάκιλλος*, & *κρωγγων* etiam Picam significant. Varinus *κίτσαν* dici ait *παρα τὸ κίεν, καί μετὰ σφοδρότητος σενεδαί πρὸς συνησιαν.* b Isidorus Picas ita dicit, quòd verba in discipulæ vocis expriment, unde etiam Perseus Poetrias eas vocabat, cum ait:

*Quod si dolosi spes refuleris nemi,  
Coruus poetas, & poetas Picas  
Cantare credas Paganum melos?*

10 Nonnulli Picam à Græcorum *πικιλις* deriunt, cum & nomen, & res ipsa conueniat, *τὸ πικιλον* nempe, id est, coloris varietas. Porro Pica Italis Gazza, Gazzuola, Gazzara dicitur, & *picca* apud Alumnium. Crescentienfis alicubi Gazam vocat, alibi Aregazim, vel Aregatam, nisi forte mendium in nostris sit codicibus Kiranidæ interpres Cremonensis *κίττα* Gazam vertit, vel Gazam, vel Glandariam, sed Gaia, & Glandaria secundæ speciei conueniunt, Gaza verò ad utramq. Picam nomen commune est. Sunt qui Gazam dici velint, voce deriuata à *γάζα* Græcorum, id est, diuitijs, quòd scilicet pica monetas rapiat, aut abscondat. Verum ego nihil tale in pica unquam obseruavi, neq. ab alijs etiam visum legi. Pica Hispanis *picaza* appellatur, vel *pigazza*, *pega*, & *picata*: Gallis *Pie*, *Laquette*, *Dame* & *Agasse*, quod postremum nomen in *Sabaudia* vitratum est, & *picæ* caudatæ peculiare: Germanis *Atzel*, aut *Aegersten*, quibusdam *Aglaster*, *Aegelaster*, *Algaster*: Gelenius Germanicè *Aegerluster* scribit, quasi *Agrilus* tra, cum alioquin hæc vox semilatina sit. Germanis alijs vocatur *Elster*, sed id etiam caudatæ soli competit: Anglis à *Pic*, à *Pij*, ora *piot*: Illyricè *Strakauel* *Kyzifstela*.

## GENVS. DIFFERENTIÆ.

**A**ristoteles unicum duntaxat picarum genus agnouisse videtur, quod fortè illud fuerit, quod recentiores omnes à glandium esu Glandariam appellant. Nam, & a ipse *Picam suam glandes, cum deficiunt, colligere, & in repositorio abbas resecuare scribit.* *Variam enim Aristotelis uero raram fuisse ex b Plinio colligere est ita scribente: nuper & adhuc tamen rara, ab Apenino ad urbem uersus cerni capere picarum genera, quæ longa insignes cauda varia appellantur.* Neq. tamen pica glandaria c Plinio incognita fuit, quinimo bina eius genera facit, quorum alteri quinos in pedibus digitos tribuit, & facilius verba addiscere testatur; Quod sane postremum genus nulli unquam visum noui. Scio tamen d Solinum Pfitacis, alios item Porphirioni quinos digitos in pedibus ascribere: alioquin nullam unquam, alitem plures, quam quatuor digitos habere intellexi: quare si quinos in pica Plini, in Pfitacis Solinus, alij deniq. in Porphirione obseruarint: ego monstificas tales aues fuisse, & eiusmodi pedes ex materiæ redundantia obtinuisse crediderim. Nonnulli picas in syluestres, & urbanas diuidit: Urbanas garrulas esse cæcos parere, uocem subinde mutare, & quotannis caluescere dicentes: Syluestres toto corpore varias esse pennas candidas, cinereis cæruleisq. mixtis, alis uero nigris, & hæc esse, quas Plinius varias uocauit. Verum hi toto aberrant cælo, cum quam syluestrem vocare debeant, urbanam appellant, & quam Plinij uariam credunt, Glandaria sit. Id enim ex b longitudine caudæ, quam uariæ suæ tribuit, liquidò constat. Non enim uaria à multorum colorum uarietate, qualis in Glandaria conspicitur, auis hæc ipsi meo iudicio dicta fuit, sed ab albo, & nigro, ex quibus æquabiliter participat tantum: qua itidem ratione pici uarij à neotericis omnibus appellantur. Atq. ita Marcellus Virgilius Picarum aliam uariam uocat; aliam *versicolorum*, seu *Glandariam*; & Perottus Sipontinus, *Picarum*, inquit, *alita alis uario colore, & preserim carne depicta &c.* *als a sub ventre alba, superius nigra, qua varia appellatur.* Differunt itaq. colore picæ, & caudæ maximè longitudine, quæ in uaria duplo ferè excedit, nec non etiam loco. Ab hisce uero nostratibus Picas diuersas in Occidentalis Indiæ insulis reperiri tradunt, qui de navigationibus in eas plagas libros conscripserunt, Turdis paulò maiores, quæ semper saliant, toto corpore nigrescant, rostro Pfitacorum simillimo, cauda longa, Verum

Verùm eiusmodi auibus præter saltationem nihil cum Picis commune est: quare malim ea  
Pſittacos eas potius reducere.

## L O C V S.

**P**icæ caudatæ in nulla non regione obuix sunt: Glandariæ verò in Bstauia, vt audio,  
vel non sunt, vel saltem admodum raræ. Agros hæc tantum, illæ oppida etiam habi-  
tant, adeò vt has syluestres, illas domesticas, vt diximus, haud ineptè nuncupare quis-

*Pica ad-* piam queat. Picas æditus egregiè poetæ vocant, quòd in templorum fastigijs frequenter  
*ua ur di-* insidere conspiciantur: sed id de varijs accipiendum est.  
*ca.*

## VOX. INGENIUM.

a L. 5. c. 13  
Figolare.  
L. 9. Hist.  
c. 13.  
Pica huma-  
na i sermo-  
nem dicitur.

**K**ITTAE κίτταξεν a Pollux scripsit, pro quo Franciscus Petrarca latinè pigola-  
re tranſtulit. Vocem sapius, vt Aristoteles prodidit, commutans ex singulis ferè diebus,  
quinimò vt Albertus addit, singulis horis diuersam edunt, idque, vt hic ait, maximè cum  
proli operam dant. Est verò earum vox adeò frequens, & inconcinna, importunaq; vt garrulam  
poetis iure merito appelletur. Illud tamen singulare obtinent Picæ, vt cuiuscumq; animantis  
vocem facillimè imitentur, tum maximè verò, Aeliano teste, humanam. Quod in linguae  
laetitudinem Athenæus, Plinius, cæteri; Philosophi, vt in Pſittacorum translatione latius de-  
clarauimus, reijciunt. Linguae Picæ caudatæ, quæ nimirum nostro æuo optimè sermonem  
humanum addiscit, hic Iconem exhibere placuit anteriori, & posteriori, specie nigra, vsque  
ad fauces, in summo acuta, & aliquantulum fissæ. Augustus Cæsar à Pica saluatus rei no-  
uitate eam emi iussit, vt truijali hocce & Martialis distico significatur.

*Pica loquax certa dominam se voce saluta,  
Sì me non videas esse negabis auem.*

c In Xenij


Hinc ob tantam vocis diuersi-  
tatem Suidas pro ἀντιβογγαρ  
Picam exponit, quæ pastorū,  
lignatorum, & pſcatorum vo-  
cem imitaretur, etsi tamen ea-  
dem dictio Echus quandoque  
epitheton sit. Niphus Picas re-  
fert venatoris vocem tam exa-  
ctè fingere, vt canes decipiāt,  
atque ad se, dū heros suos cre-  
dant, eos pelliciant. d Pausa-  
nias Picam pueruli vagitum,  
tam naturali voce expressisse  
narrat, vt seculissimorū monstro-  
rū domitori Herculi ceu dux  
fuerit, & causa inuenit filij Ae-  
chmagoræ. Cuius historiam,  
quia insolens est, & ad propo-  
sitam vocem explicanda ne-  
cessaria, ex authore illo adde-  
re placuit, cuius hæc verba sūt:

*Alcimedon, fuit hic de herouibus  
vnius, cuius filij nomine Phillo-  
nem visitat ab Hercule Phigalij  
memorant: à patre verò statim à  
puerperio in proximum montem  
feris exposita vna cum puero: ibi  
vagiensiem infantem cum Pica  
imitaretur, ad auis vocem, quod  
puerilem esse credisset, Hercule  
forè illuc iter habitum conuersū,  
puellam & à se genitum puerum,*

Pica vena-  
toris vocē  
imitatur.

d In Arcad.  
Hercules  
Pica voce  
deceptus fi-  
lium inue-  
nit.

Hercules  
Phillonem  
liberat.



(quem *Aecmagoram* appellatum tradunt) agnouisse, ambosq; vinculis liberasse: de rei euentu fontem proximam *Cissam*, id est, *Picam* nuncupatum. Mirum etiam, quod de *Pica* *Oppianus* sese obseruasse scribit, quod scilicet hædi primùm uelut à matre separati querulam uocem edens, ipsum ad inquirendum animal iuxta arborem, cui illa insidebat, inuitaret, at dum in quærendo intentus esset, mutata mox uoce rursus uituli instar mugiret, mox ouis more balaret, modo ad instar pastoris, cum post pasua oues ad potum deducit, sibilaret, tandem per ramos saliens sese uidentem præberet, mirabundumq; illum redderet, ranta cum in ceteris rebus, tum in aui-  
 10 uibus, diuinæ largitatis dona resplendere. Verùm ut relicta uocis diuersitate, de intellectu auis, aliquid dicamus, is equidem talis esse fertur, ut multa, quæ de eo traduntur, ueritatis cancellos excedere uerear: quale in primis illud est; quod propositi uerbi oblitam, grauius affigi, molestiamq; animi tacita meditatione testari dicatur, & quandoque uitam cum morte commutare: contra uerò si uerbum id perditum ad memoriam reducatur, miris modis ex hilarescere. Id tamen <sup>c</sup> *Plinius*, & <sup>f</sup> *Plutarchus* tradunt. *Minor*, inquit ille, nobilitas (quam *Pittacorû* quia non ex longinquo uenit, sed expressior loquacitas certo generi *Picarum* est. *Adamant* uerba, quæ lo-  
 20 quuntur: nec discunt tantum, sed diligunt, meditantessq; intra semet, cura atque cogitatione intentionem non occultant. Constat emori uictas difficultate uerbi, ac nisi subinde eadem audiant, memoria falli, quærentes mirum in modum hilarari, si interim audierint id uerbum. *Plutarchus* uerò haud obscurus item author memoriæ prodidit *Picam*, quæ alioquin loquacissima prius fuerat, auditis Romæ buccinatoribus obstupescitam è uestigio omnino siluisse, ac uelut obmutuisse, tantoq; ita silentio dies aliquot meditata, repente quasi expergefactam, omnem eam buccinatorum harmoniam, & numeros summa omnium admiratione reddidisse. *Tonsor*, inquit, quidam *tonstrinam* habebat ante templum, quod forum *Græcum* appellant, is mirifice uocalem, & garrulam alebat *Picam*, quæ & hominum uerba, & uoces *Boum* redderet, instrumentorumq; sonos, non cogente quopiam, sed quòd ipsa impense studeret omnes uoces prodere, nihil non sonorum exprimere conando. Fortè euenit, ut in e-  
 30 uicina diues quidam efferreret multis tubis accinentibus, cumq; pro more ibi locorum fieret institio, tubicines quia placebant, iussi cantum diutius protraxere. Ab illa die *Pica* ita muta, ita uoce omni destituta fuit; ut ne eam quidem ederet, qua necessaria sibi solet indicare. Quibus ergò antè uox eius, is tunc silentium admirationi fuit, etiam eò maiori, quòd auditorium solitorium ea pergere ita conticisset. Non deerant, qui ueneficio eandem artem tractantium hoc effectum suspicarentur. Pleriq; sono tubarum auditum eius percussum putabant, & attonitum, unaq; cum eo extinctam uocem. Verum nihil tale erat in causa, sed exercitatio, ut apparuerit, ut imitandi in sese conuersa, & uocem tanquam instrumentum concinnante, atque apparante. Subitò enim rursus emicuit nihil existatarum illarum, & veterum imitationem, sed cantus tubarum ipsi conuersionibus modulans; omnesq; mutationes, & pulsationû numeros exprimens, ut in animalibus intelligi possit facultatem à seipso discendi rationis matorem habere uim, quàm docilitatem magistro aptam. Verùm quod *Picarum* genus eiusmodi uocibus addiscendis aptius sit, mihi non satis constat. <sup>b</sup> *Plinius* enim eam laudem *Glandarijs* assignare uidetur, ubi ita scribit: <sup>e</sup> *L. 10. c. 43*  
 40 Nec uulgaris ijs forma, quamuis non spectanda. Satis illis decoris in specie sermonis humani est. Verùm addiscere alias negant posse, quam quæ ex genere earum sunt, quæ glande uescantur: & inter eas facilius quibus quini sunt digiti in pedibus: ac ne eas quidem ipsas, nisi primis duobus annis. Hæc ille. At contra nostra ætas, cui loquaces habere *Picas*, & quæ sermone humano utuntur, minimè insolens est, contrarium ostendit. Iam enim *Picas* caudatas omnes docent. Illud etiam ingenio *Picarum* ascribèdum uidetur, quòd deprehensæ laqueo nihil præter rostrum moueat, ne si totum corpus moueret, magis laqueum constringeret: qua ratione ita laqueum aperire nititur. Denique inter alia, quæ *Picarum* astum docent, hoc minimè certè tacendum est, quod idem <sup>h</sup> *Plinius* scribit, quod scilicet, cum diligentius uisum ab homine nidum sentire, eua sua transferant aliò. Hocq; in his auius, quarum digiti non sunt accommodati, complectendis transferendisq; ouis miro traditum modo. Namque surculo super bina oua imposito, ac ferruminato alui glutino subdita ceruice medio  
 50 aqua uirumq; libra deportare aliò. Alij uerò, ac in primis *Albertus* eiusmodi ouorum translationem digitorum commoditati ascribunt, *Plinio* apertè contradicentes, cum tamen nulla in illis commoditas talis reperiatur. Verùm nunquid ita oua transferat aliò, ut hi quoq; credunt, mihi minimè exploratum est, quinimo parum uerisimile uidetur.

## LOCVS. MOTVS. VOLATVS.

**P**ICAE humilem plerumque, & rarò altum uolatum exerceat, & hunc deniq; parum Volatus protrahunt, alarum scilicet breuitate impeditæ. Quæ uaria dicitur, si in agris fit, modo hanc, modo illam arborem, sin in urbe, aut oppido, uel hanc, uel illam ædem petere, testisq; præsertim templorum culminibus insidere solet. *Glandaria* uerò quam inde *Agri-  
 stram*

Cissa flu-  
uius.Pica varia  
animalia  
imitatur.

Ingenium.

<sup>c</sup> L. 10. c. 42  
<sup>f</sup> Lib. de so-  
lert. anim.Pica buc-  
cinatorum  
cantus ex-  
primit.<sup>e</sup> L. 10. c. 43<sup>h</sup> L. 10. c. 33

Volatus

fram Gelenius vocauit, in agris tantùm, vel in arboribus conspicitur. Sed vtriusque inquietudo, & continuus saltus (salit autem varia maximè, & caudam Motacillæ more perpetuò ferme mouet) apud Germanos cum superiores, tum inferiores prouerbio locum fecit. Solent enim illi communiter dicere: Den Aexter en can zijn hippelen niet laeten, hoc est, Pica suos saltus (saltationes per interualla) obliuisci nequit, in illos, qui nunquam ingenium mutaturi sunt. Simile adagium est hoc Latinorum, *Acthiops non dealbescit*.

## VICTVS.

<sup>a</sup> L. 6. de generat. cap. 6.  
<sup>b</sup> L. 10. c. 42



**A**RISTOTELES Picam glandibus vesci scribit, & <sup>b</sup> Plinius Picarum differentiam monstraturus *sermonem humanum alias addiscere non posse* ait, *quam quæ ex genere earum sunt, quæ glande vescantur*: tanquam non omnes Picæ hoc fructu vescantur: unde etiam Itali priuatum alterum genus Glandarias appellant. Et certe Pica caudata omnino pamphaga est, præsertim si cauea inclusa domi nutriatur. Non negauerim tamen in extrema fame glandibus vesci: inhiare verò planè non crediderim. Glandaria glandes insigni, & notabili in posterum prouidentia, cum sibi deficere videt <sup>c</sup> Aristotele, & <sup>d</sup> Theophrasto testibus, colligit, eosq; vt multi tradunt, maturos tantùm, & in penuario aditos reseruat. Qua in re prudentis patrisfamilias munere fungitur. Dicuntur item Picæ suum alueos quandoque cibi causa petere, & quosuis acrodryos fructus, sed hos ut gustarint, subinde fastidire, aliosq; in diuersis arboribus quærere, quod meo iudicio utriusque conuenire potest. Varia uerò præter fructus, carnibus quoque uescitur. Nam quod Albertus <sup>20</sup> Passerem à Pica deuoratum, & <sup>e</sup> Cardanus *omne genus auium carniuorum instrui ad aucupium posse* dicit, unde <sup>f</sup> Picas etiam, quod Passeres edant: id huic potius, quam Glandariæ attribuendum existimem: quam scilicet teneris quoque Gallinarum pullis audio insidiari, & cancos uenari: unde aliquando à Cancro, quem è fluuio abreptum in arborem uicinam portauerat, collo subillius forcipibus compresso miserè interempta legitur.

Picæ variæ victus.

Glandariæ prouidentia.

<sup>2</sup> Li. 9. Hist. cap. 13.

<sup>3</sup> Lib. 2. de caus. Plant. cap. 23.

Passerem à Pica deuoratum.

<sup>4</sup> Li. 7. c. 35. de variat. yer.

Pica à cancro occisa.

## NIDVS. GENERATIO.

Nidi fabrica.



**D**ICAE, si Alberto, nonnullisq; alijs credimus, in nidorum constructione singulari astu, & maximo artificio utuntur. Hos enim spinis foris obsidere tradunt, bina foramina in oppositis lateribus, pro ingressu scilicet unum, alterum pro exitu, & quod maiori admiratione dignum est, binos nidos frequenter extruere, ut qui pullis insidiantur, dubios reddant, nunquid uel in hoc, uel in illo oua deposuerint. Alij uerò ad nidi constructionem loca spinosa eligere, nidum intus terra oblinere, foris in circuitu, infraq; ac supra horridissimis spinis diligentissimè sæpire, atque unicum duntaxat foramen, idq; arctissimum pro introitu relinquere, oua uerò, si nidus ab hominibus sedulo aspectus fuerit, aliò transferre scribunt. Alij deniq; bina in nido etiam foramina esse uolunt, uerùm non exire per alterum, ut uoluit Albertus, sed caudam per id tantummodo emittere. Rustici aucupesq; super hac re à me inquisiti, eiusmodi fabricæ artificium Picæ caudatæ competere responderunt: & reuera quò magis ijs credam, facit Aristoteles, qui Picas (Glandarias enim uti dixi, tantùm agnouit) disertissimis uerbis nullius artis facta mentione *in arboribus ex alo herba* (est autem symphytum pætræum <sup>a</sup> Dioscoridis, & Cotonæa dicitur Venetis teste <sup>b</sup> Hermolao) *stirpitis emulsa nidum sibi facere, eiq; interiora ex uillo conseruere*, & alibi, *ex pilis, & lana* tantùm scripsit. Quod modo ad libidinem Picarum attinet, in eam equidem maximè procliuus sunt; unde Grammatici *κασάη* interpretantur etiam cum uoluptate concipere. <sup>c</sup> Aristoteles oua circiter nouem numero parere, & <sup>d</sup> aliàs imperfectos, & cecos pullos excludere, cumq; parux sint corpore multos tamen progenerare prodidit. Quod etsi de Glandaria dixerit, caudatæ etiam competit.

<sup>a</sup> L. 4. c. 10. Libido.

<sup>b</sup> In Corola ad Dios.

Κασάη quid.

<sup>c</sup> L. 9. Hist. cap. 13.

<sup>d</sup> Lib. 4. Gener. c. 6.

## SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

**P**VLLI Picarum nescio an ob latentem nos aliquam amicitiam, an uerò quia gnaræ sibi aliquando par pari reddendum iri, parentes suos in senectute ut multi prodiderunt pascunt, & quam illi in iuuentute, hi uiciisim in senectute opem præstant: Vt ut est, id sanè insigne pietatis in parentes annis obitos, & uiris Christianis imitandum argumētum est.

Pica,

*Pica, Cornix, Græculus teste a Aristotele pugnant cum Aquila. Hæc autem deuorat illas. a L.9. Hist. cap. 2. Pica etiam, vt idem tradit b alibi ab Alucone, & Vluja infestatur. b Li. 8. Hist. cap. 3.*

## CORPORIS. AFFECTVS.

**E**PILEPTICO morbo Picas etiam laborare nonnulli referunt: Sed nunquid id vtriusq; , vel priuatim variegat competat, ignoro. Cui, teste a Plinio, quotannis cum feruntur rapæ, vt caluescat proprium est. Rapa autem, vt idem b alibi scriptum reliquit, duas habet rationes; vere scilicet primam ante calendas Martias, secundam mense Augusto. An modo bis quotannis capiatur Pica, vt Plinius docere videtur, an verò semel tantum, & tunc num in vere, vel potius in Augusto, difficile iudicatu est. Ornithologus, quem hac in parte libenter sequor, semel tantum, atque in Augusto caluescere existimat.

*a L. x. c. 29  
b L. 18. c. 13  
Rapa quam do feritur.*

## CAPIENDI RATIO.

**C**RESCENSIENSIS Picas retibus etiam capi scribit, alioquin eodem quo Graculi, & Cornices modo decipiuntur. Addit Crescentiensis cum Accipitribus quibusdam etiam capi, quos inde Picarios Budæus nominat.

*a L. 2. c. 23  
Accipiter  
Picarius.*

## COGNOMINATA.

**H**OMINIBVS antiquitus etiam auium nomina imponebantur, ut apud a Aristophanem videre est, qui Cherephontem Vespertilionem, vel, vt alij vertunt, Noctuam, vt suo loco diximus, Syracusanum Picam nominat, quod in foro, vt Scholiastes annotat, frequentius versari soleret, ideoq; ab Eupolide ceu loquacem traduci. b M Varro Minutij etiam cuiusdam meminit, qui pariter Pica diceretur, cuius verba quod iucunda sint, & risum legentibus moueant, & ad rem apposita sint, adijcere placuit: *Imus, inquit, venimus in villam, ibi Apium Claudium augurem sedentem inuuenimus in subsellijs, vt Consuli, si quid v super poposcisset, esset præsto. Sedebat ad sinistram ei Cornelias Merula, Consulari familia ortus, & Firmellius Pano Reatinus: ad dextram Minutius Pica, & M. Petronius Passer. Ad quem cum accessimus: Axius Appius subridens: recipis nos, inquit, in tuam ornithonam, ubi sedes inter aues?* Fuit præterea Thraciæ quidam rex Hecuba pater, nescio nūquid à Pica, an potius ab hedera, quæ *κισσός* Græcis vocatur, Cissæus nuncupatus, quem Caracinus primus Macedonū rex in prælio vicit. Ab hoc Hecuba Cissæus & Virgilio nominatur, cum ait: *Nec face satirum Cissæis pragnans ignes enixa sugales.*

*a In Auib.  
Syracusanus Pica di  
ctus & Cur.  
b Li. 3. de  
re rust. c. 2.  
Minutius  
Pica.*

*Hecuba pater Cissæus dicitur.  
Hecuba Cissæus dicitur.  
c Li. Aen. 7  
Ezelini au  
gurium.*

## AVGVRIA. PRAESAGIA.

**I**N portentis quoq; sermonis significationem habuisse Picas Ezelini exemplo docemur. Cui in Feltrinos mouenti obuia facta, & in humeros eius delapsa populum, cui plurimum in loquendo studium erat, volūtati suæ sese commissurum portendit. Paulò n. post, antequam ad aenia appropinquaret, legari ab vrbe occurrebant, omniaq; ad nutū eius pacata denunciabant. Sunt qui Picam eam militari signo Ezelini insedis scribant, eamq; manu interceptam, & in augurij omen acceptam ipsum in expeditionibus suis seriò semper secum circumtulisse. Imbrem plus solito stridens, certò portendere veteribus Pica credebatur, vnde etiam ab eisdem pluuiæ auis nominari meruit.

*Pluuiæ auis*

## HEROGLYPHICA. MYSTICA.

**H**OMINEM qui semetipsum ex oraculi responso curaret, Prisci hominem significaturi, Picam teste Oro Apolline depingere solent, quæ lauri folium ore gereret. Hæc enim cum ægrè habet, tale folium in nido portat, atque ita conuale

Quemadmodum verò Pistracus eloquentiæ typus esse meruit, vt suo aliquando loco demonstrauimus, ita Pica garrulitatis, ac loquacitatis heroglyphicum veteribus fuit. Et si enim ad humana verba ei etiam docilitas sit, non tamen ita liquidè, necita concinnè, vt Pistracus,

*Homo semetipsum ex oraculo curans.*

*Carrulita  
tir typus.*



cus, loquitur, sed quadam omnino laucitate sermonem obfuscat, & præfractò sono syllabas enunciat: estq; memoriâ minimè tenaci, vt nisi quæ didicit, frequentius replicari audierit, facile obliuiscatur. Vnde etiam prouerbialiter rubis plebeeula garrulos homines Picas cognominant. Quare D. Confalis Ponce de Leon Hispalensis, interpres & Scholastes S. Epiphaniij Picarum rectius, quam Picorum naturam muliebri loquacitati comparasset hîc de duobus

Garrali Pice diffi.  
Pica Baccho facta,  
& cur.

*Antiquam syluis frondoso ac robore quercum  
Roboro Picas omis parua dilacerat.  
Famina sic, iusta desunt cui corpore vires  
Mortiferum sauo virus ab ore iacit.*

Li. 1. Epif. Haud aliam etiam ob causam, quam ob garrulitatem Pica Baccho sacra habebatur, ut Plutarchus testatur. E brij enim, & qui illius Dei cultores sunt, dicacitate plurimum valent, vt rectè

Horatius monet, vbi sic inquit?

*Fæcundi calices quæm non fecere disertum?*

Bacchus  
Primus Imperator.

Alij verò Picam Baccho dicatam uolunt, quòd in triumphis (ante eius tempora enim exsuperatis hostibus triumphasse quempiam necdum constat) maximus clamore eleuaretur, vel quòd in eiusmodi triumphis, omnibus & triumphanti etiam ipsi sua exprobrare uitia licitum foret.

Mendacij  
symbolum.  
In simula-  
tories diffi  
Pythagore.

Pica verò varia mendacij, & simulationis hieroglyphicum est, quæ nempe parte anteriore candida amicum putum, & syncerum affatu primum simulet; mox posteriore nigra, uel decipiat, uel eludat. Hinc pertinet antiquissimum illud sapientissimi Pythagoræ dictum, ab hac aue detortum, τὸν μιλανέρον μὴ γισσάσθαι hoc est, *minimè quitandum ex his, quibus est nigra cauda.* Innuit non admittendos in amicitiam homines simulatores, & dissimulatores, hypocritas. Quod verò ad mendacium facit, Tryphon Grammaticus ait, τὸ ψέδος ἐν τοῖς ἐχκῦτοῖς μιλαι. *veritas id est, mendacium quippe in extrema parte nigrescere.*

## PROVERBIA.

Picifer.  
afr. Orat.  
pro Ctesiph.  
Pica &  
Vannus in  
mysterijs  
Bacchi.  
b in Modaparis.

**K**ITTOΦΟΡΟΣ seu Picifer vulgare conuictum videri in hominem infimum, & deliquitissimè fortis. Siquidem a Demosthenes Aeschinem hoc nomine ab amiculis compellatum refert, & κικνορορον, quòd Picas, & uannus capite baularer, quibus in mysterijs Bacchanalibus utebantur. Pica enim, vt diximus, Baccho facta habebat, & vanaus in omnibus mysterijs adhibebatur, vnde etiam dicebat Virgilius:

— *Es mystica Vannus Iacchi.*

Illud Teocriti de Picæ loquacitate prouerbialiter scriptum est:

*Οὐ θεμιτὸν λάκων ὄστ' ἀπόνη κισσῶς ἐπισθῆν,*

*Οὐδ' ὑποπᾶς κυκονισί* id est:

*Haud fas est Lacone, Philomelaui vt prouocet unquam*

*Pica, nec arguis Epipa obstrepere improba Cygnis.*

Eiusdem prorsus sententia est, quod in eadem Eglôga legitur, nempe:

*Σπῆξ βουβῶν τεττιγὸς ἐναντίον.* id est,

*Scilicet obstrepitans argo & vespa Cicæ &.*

Nam & hîc verbis patet quidam pastorem alium, à quo prouocatur, contemnit. Quadrabit utrumq; in eos, qui cum longè imparibus certant, aut longè præstantioribus negotium successunt. Planè etiam cum hîc dicitur est illud à Galeni, *Ακίττα τῶν σερπῖνα μιμνήσκου,* id est, *Pica Sireni simula, de inpro scilicet imitatore dictum.* Videtur autem Donicum esse prouerbium. Quid enim consoni habet obstrepere Pica cum arguta Sirenum uoce?

c Lib. 3. de  
ess. pulf.

Belgis priuatim vsitatum est dicere Den Aexster en can xijn hippelen niet laeten, hoc est, Pica salitationem suarum obliuisci nequit. Illa enim velit, nolit, semper salit: cui adagio illud Horatij simile est:

*Cæ uis, non animum mutant, qui trans mare curunt.*

Item illud eiusdem:

*Quo semel est imbuta recens seruabis odorem*

*Tertia dia.*

Idem Belgæ, ubi nihil temerè vulgò dictitari, quod non uel aliquid saltem ueri contineat, significare uolunt, dicere solent, Daer en is soo cleijnen Aexternijet, of hij heeft en Vucnich bonts, hoc est, nulla adeo exigua Pica est, quæ non ex aliqua saltem sui parte uariet: quasi dicerent, etsi quæ dicuntur omnino à vero aliena esse videatur, ueritatis tamen aliquid com-  
plectuntur.

Scaliger deniq. prouerbialiter Picam albam dere insolēti, raram, & nunquam visa, nempe de iudice iusto, & incorrupto dixit.

*Sed iudex bonus, est Pica numerarior alba.*

*Pica alba rarius.*

## M E D I C A.

**P**icæ temperie sunt calidissima, quod vel ex eo constare puto, quod in Venerem admodum procliuus sint. Recentiores has aues coctas, & comelas spiritus visorios reparare tradunt, quod fortè à Plinio mutuauerint, qui à *bi pallorum* *Picæ* *esum* *visum* *augere* dixit. Quidam excoriari eas iubent, vt facilius concoquantur. A plumis repurgatæ, & exenteratæ, si in vino albo ad consumptionem eius, & carnis ab ossibus separationem decoctæ simul cū iure terantur, foliq. ita per triduum exponantur, & cum carpiā, seu subriili linteolo, cū opus est, oculis appi centur, egregiè. Asperitatem eorum, obscuritatem, ruborem, & dolorem tollent, & spiritus temperabunt. A Gordonius Picam vnam, vel duas, vel plures integras in olla noua vitreata, luto diligenter obturata in fornace torreri iubet, adiecta cautione, ne aduratur, vt facilius in pollinem conuertantur. Pollinem hunc, vel in collyrium redactum, vel per se solum oculis immissum, visus imbecillitati egregiè conducere affirmat. Illud enim de Picis peculiare omnes scribunt, vt quomodo cunq. sumptæ, vel adhibitæ visui conferant. Ioannes Gœnrotus, quem diximus puluerem ex aqua fœniculi caliginolis oculis instillari iubet, liquorem corrobore stillicium è pullis Picarum chymico vase collectum, uisum infirmum, & hebetem corroborare scribit & acuerè. Ryffius liquorem ita exceptum è Picis minutatim concisis, conferte aut oculis rubescentibus, & obscuris, leucomata eorum, uel pterygia, ignemq. sacrum, quem S. Antonij uocant, linteolis ex co madentibus sæpe impositis restringere. Rasis f. l. Picæ oculis immissum, qui per niuem ambulat, ab ea non offendi testatur, oua verò sicca trita oculis immissa, albuginem eorum curare. Nonnulli auem uiuam in frustra dissectam laborantibus articulis imponunt. Sunt qui combustam in olla sigillata, quocunq. modo daram ad nyctilopam, cardiacam, & meächoliam ex causa frigida, necnon, & cancerum in membro uirili sanare uelint. Kuanides car Picæ cum radice cyssi, siue hederæ gestatū contractis mulieribus, & disuria uereri nobis auctor est, & multa alia adducit, quæ quod superstitionis non sint expertia, lubens prætereo.

*Teperies. Carnis vs.*

*a Cap de vis imbecili.*

*Pica oculis quocu que mod. sum. p. oculis profunt.*

*Fellis vsus. Una.*

*Coro.*

## V S V S I N C I B I S.

**R**asis carnem Picarum, vt nimis calidam, & tanquam abominabilem à mensa reijcit, pullos tamen recenter nidis ex capris à pauperibus interdum edi testatur. Et Athenæus de opiparo Tothy's Thracum Regis conuiuio loquens, inter alias aues, Picas etiam nominat Demetrius Constantinopolitanus Picarum carnem Accipitribus utilissimam esse scribit. Quæ variæ dicuntur, in Italia quod sciam non eduntur; Glandariæ verò non Bononiæ tantum, sed vbius etiam in foro uentur: sed quoniam etiam duræ carnis sunt, à pauperibus duntaxat emuntur.

*Tothy's regis conuiuium. Glandaria-rum vsus.*

## F A B V L Æ.

**P**ortæ, nouem Pieridas Euppes filias, vnde Euippides vocantur, in Picas mutatas fuisse, confingunt, quia cum Musis de cantus excellētia in arenam descendere ausæ fuissent, indeq. Picis loquacitatem, humanæq. studium linguæ remansisse; vnde Statius.

*— At nonio verſe certamine Picæ.*

*Pierides in Picas.*

**O**uidius hanc fabulam ita prosequitur.

*Pierus has genus P. illis diues in oris  
Pegoni Euppe mater fuit.*

*a Lib. 5. Metam.*

Item rursus:

*Ales erat, numerq. nouem sua fata querentes  
In strerant ramis imitantes omnia Picæ.*

Et rursus in fine.

*Rident Euippides, spernuntq. mimantia verba:  
Conatq. loqui, & magno clamore proteruas  
Iuuenture manus, pennas exire per ungues*

*Aspexere suos, operiri, & brachia plumis.  
 Alteraq. alterius rigido concre/cere rostro  
 Ora vides, volacres q. nomas accedere sylvis:  
 Plangere dumq. volunt, per brachia mora lenata  
 Aere pendebans nemorum conuicta Pica.  
 Nunc quoq. in alibus facundia prisca remansit,  
 Raucaq. qarrulitas, stultumq. immane loquendi.*

Hinc Dantes Poeta Hetruscus Galliope Musam, vt versus condenti meditantiq. faucat, & falcem scribendi canendiq. venam subpeditet, hisce versibus inuocat:

*Ma què la mora Poeta si surge  
 O sanse Muse, poi che vostro sono,  
 Esquè Calliope alquanto surge  
 Seguitando'l mio canto con quel suono  
 Di cui le Piche misero sentiro  
 Lo colpo tale, che de sperar perdono.*

Atq. istæ de Picis dicta in genere sufficiant, nunc ad particulares earum historias me cōuerto,

## DE PICA VARIA, SEV CAVDATA.

### Cap. XII.

### SYNONIMA.

*Κίττα.*  
*Pluua auis*  
**H**Æbraica illa nomina, quæ præcedenti capite, seu alteri etiã communia dedimus, huic potissimum competere existimamus. *Kitta*, vel *κίττα* Græcorū ad hanc quoq. potius, quàm ad aliam pertinet. Latinis Pica varia, seu Pica caudata dicitur. Nonnulli pluuiæ auem veteribus dictam hanc esse credunt. Italis Gaza vocatur, & Gazzola: Bononia Ragazza, & Putta. Reliqua synonymia antea posuimus.

### GENVS. DIFFERENTIÆ.

*αζ. 10. 6. 43*  
**Q**uamuis Plinius ex binis, quæ recenset, Picarum generibus primū Glandariam nominet, seu humano sermone addiscendo aptiorem; nos tamen variam, quæ toto ferè corporis colore ab illa distinguitur, describendam in manum assumpsimus.

### FORMA. DESCRIPTIO.

*Magnitudo*  
*Rostrum.*  
*Oculi.*  
*Color.*  
*Dorsum.*  
*Cauda.*  
**M**agnitudine Monedulæ est compar; sed ob caudæ longitudinem, quæ per se sola do drantem longa est, maior apparet. Ex primo intuitu inter omne auium genus facile agnoscitur. Rostrum obtinet nigrum, crassumq. & cuius pars superior inferiori paulo longior est, atq. in acutum desinit: Oculos nigros candido circulo obductos. Caput, dorsum, collum, pectus, alas, femora, caudam, pedes, eorumq. digitos, atq. vngues aterrima: Extremū tamen alarum albicat. Dorsum, & cauda elegantissimè ex maxima nigredine viridem, vt Cycnus purpureum, colorem emittunt splendidissimum. Tota verò ventris superficies candida est. Quam solam albedinem vnà cum caudæ longitudine si demas, Cornicè diceres. Cauda, & corpus vniuersum à principio rostri ad propygium vsq. æque lōga, dodrātem nempe. Caudæ longitudinem nonnulli in capitis exiguitatem rejiciunt, vt cui pro paruo capite caudam longam natura concesserit: quod tamen non est verisimile: fortè ad commodiorem volatum illi data fuerit: cum pro corporis portione alas admodum paruas habeat. Mediæ caudæ pennæ lateribus longiores sunt. Atq. istæ de hac volucri dicenda supererant, ad quam omnia ferè quæ in generali historia diximus, referenda sunt.